



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Pulchritudo Animæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

catum in seipso, in propria eius culpa & malitia: tantum in ea crescebat hoc odium, quantum crescebat amor Dei. Hoc est igitur officium, & exercitium veri servi Dei, amare Christum in odio sui ipsius, & odisse seipsum in amore Christi, dicendo, odi Christum in odio mei, & odi meipsum in amore Christi.

CONSIDERATIO XIII.

AMOR DEI,

Pulchritudo anime.

Sicut is, qui magis accedit ad lucem, ipse se hinc accendit, sic anima, quo per vim amoris propius accedit ad eternam pulchritudinem Dei, hoc ipsa fit pulchrior. Ex ipsa luce lucida redditur, ait Theodoretus. *Accedite ad eam, & illuminamini:* accedite passibus amoris ad lucem divinam, & ab ea fietis illuminati, pulchri & opulenti. Corporea pulchritudo, quæ tantum in mundo, est pulchritudo imperfecta, defectiva & sterilis: aliud non habet, quam ut parum sensuum corporum oblectet. Sed spiritualis pulchritudo, quæ est Gratia, est pulchritudo copiosa, fecunda, non est solum pulchritudo, sed etiam simul decor, opulentia, magnitudo, & omne genus perfectum ac boni.

Pulchra dilectio, dicitur Eccl. 24. Beate tibi venit o Sancte Amor, honestum hoc nomen Pulchritudinis Formosi: quia pulchros & formosos facis tuos amatores, qui te possident. O pulchra pulchri! pulchra es Carolina Sancta, vivum exemplum pulchri præ pulchris omnibus, est speciosus pro filiis hominum. O quam pulcher est lectus meus, & decorus: pulcher in Humanitate, pulcher in Divinitate!

O me beatum, si non haberem oculos ad aliud, sed ad videndam & contemplandam divinam Pulchritudinem, ac cæcus essem ad omnem creatam pulchritudinem! *Ad solam Dei pulchritudinem contemplandam dirigere; & in ceteris omnibus cæcus essem!* Nylenus. Unde sequitur, quàm verum sit illud admodum; *Qui multoculus est, cæcus est: & qui unum videns est: qui habet multos oculos ad videndas creaturas, est cæcus: qui habet unum oculum solum ad videndum Deum, bene videt.*

CONSIDERATIO XIV.

AMOR DEI,

Paradisus anima.

Caritas Dei facit jucundum paradisum, non modò in celo, sed etiam in terra, ei qui ipsam possidet. *Paradisus si paradisus consistit in clara visione Dei, Caritas operatur Fidei, ut videat & contempletur magnitudinem Dei. Paradisus est totalis amor & possessio Dei: Caritas etiam in terra non aliud possidet per amorem, nisi infinitam Bonitatem Dei.* Paradisus est *explicatio desiderij, plenitudo gaudij, securitas, Similia facit Caritas in terra: non superbia, sed quod desideret in bonis creatis: Gaudet pace, quàm possit in hac vita gaudere: reddit animam quodammodo securam de futuro, pulso procul omni timore. Quia nonnunquam gaudij felicitate fruatur, ut dejectione timoris non quiescat, inquit S. Gregorius: sic inebriatur de Divinæ dulcedinis, ut videns tantum Dei favorem non possit, quia suo tempore sit perventura ad beatitudinem ejus,*

K

© jus